

Universitätsbibliothek Wuppertal

Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis

[Genevae], 1585

Caput XVII. De genere ciborum et potuum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-85](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-85)

Bucolicis: Iam croceo mutabit vellera luto. Et *Aeneid.* libr. vij. Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. Varr. Eumen. Nam vt arquantis & veternotis lutea quæ non sunt, æquæ & lutea videntur, sic infanis sani, & furiosis esse videtur infani. Idem Mod. Sed cynicis inuolucrum, & pallium luteum non est.

11 ¶ *Crocota*, crocei coloris vestis. Plautus Aul. Cùm incedunt infectores crocotarij.

12 ¶ *Violatia*, à violæ colore. Plaut. Aulul. Flammearij, violarij, coriarij.

13 ¶ *Pullus*, color est, quem nunc Hispani, vel natiuum dicimus. Varr. de vita populi Romani libr. iij. Vt dum supra terram essent, rucinis lugerent funere ipso, vt pullis pallis amicta.

14 ¶ *Anthracinus*, niger à Græco. ἀνθραξ enim Græcè, carbones Latine appellantur; & est lugentium vestis. Var. de vita populi Rom. lib. iij. Propinquæ adulescentulæ etiam anthracinis proximo amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum.

DE GENERE CIBORVM ET POTVVM.

CAPVT XVII.

1 ¶ *Paragos*. Varr. Virgul. diuin. Oleum in stucubrationem seruauimus, quodin paragos torum legitime vertamus.

2 ¶ *Blitum*, est holus lene. Var. Eumen. Empedocles natos homines ex terra ait, vt blitum.

3 ¶ *Lapathium*. Varro Mod. Hanc eandem voluptatem tacitulus taxim, consequi lapathio, & prisana possum.

4 ¶ *Mena*. Tul. de finib. bonor. & mal. lib. ij. Qui enim voluptates ipsas cõtenuunt, eis licet dicere, se acipenserem mense nõ antepone.

5 ¶ *Acipenser*, pisces genus. Cic. Tuscul. lib. j. Et si quem tuorum affectum mœrore vederis, huic acipenserem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis.

6 ¶ *Nasturtium*. Cicer. Tuscul. lib. v. Quos negat ad panem adhibere quicquam, præter nasturtium.

7 ¶ *Marisca*. Varr. de re rustica lib. j. Vt nucæ Græcæ, ac mariscæ fici.

8 ¶ *Ocymum*, quod ocymum dicimus. Var. de re rust. lib. j. Primum ocymum, farraginem, vicium nouissimè scœnum vocari. Ocymum dictum à Græco verbo ὀκνῶ, quod venit citò, similiter quod ocymum in horto.

9 ¶ *Lopades*, genus conchæ marinæ. Plaut. Parasito medico: Addite lopades echinos, ostreas.

10 ¶ *Murrhina*, potio confecta. Varr. Anthropol. Non modò vinam dare, sed etiã (vt Plautus ait) murrhina, passum, defrutum.

Var. de vita populi Romani lib. j. Tum autè Murrhina.

11 ¶ *Loram*, dicebãt in vindemia, cùm expressissent acinis mustum, & folliculos in doliolum coniecerant.

12 ¶ *Portulaca*. Varr. Disciplinæ libro viij. Manducata portulaca citò tollit.

13 ¶ *Lora*, confecta portionis genus grande aptum. Var. de vita populi Rom. lib. j. Antiquæ mulieres maiores nam bibebãt loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quã murrhinam quidam Plautum appellare putant.

14 ¶ *Sapa*, quod nunc mellaceum dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Var. de vita populi Rom. lib. j. Sapa appellabãt, quod de musto ad mediam partem decoxerant.

15 ¶ *Defrutum*, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant, defrutum faciendò.

16 ¶ *Passum*. Varr. de vita populi Romani lib. j. Passum nominabant, si in vindemia uia diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole aduri.

17 ¶ *Moriolam*. Varro de vita populi Romani lib. j. Vino addito lorã passi vo care cõperunt: moriolam nominabant, quod ex uuis expressum erat passum ad folliculos rei, quos & vinacea ea dicebant sapam.

18 ¶ *Furunda*, vt libum sacrum quoddam, & farre genus panificij. Varr. Cato vel de liberis educandis: Alij afferunt libum, ac turundam.

DE GENERE ARMORVM.

CAPVT XVIII.

1 ¶ *Catapulta*, iaculum celer, vel sagitta. Plautus Curcul. Atque ita te neruo torquebo, vt catapulta solent. Titin. Scitina: Quem procul adspexit, immittere voluit, reuertit, quoniam catapulta volat. Plautus Captiuis: Nam meus est balista pugnis, abitus catapulta est mihi. Næuius Paccuo:

Vt sole horrescit cera, castra crebro catapulta impulit. Luc. Sat. li. v. Custodè classis catapulta instila sanissas. Silen. Hist. lib. iij. Præterea catapultas xv. iij. balistas, xx. plaustra coriis, ac minoribus sagittis onusta. Var. de vita populi Rom. li. iij. Nã postea C. Lutatio cõsul ad Ægades insulas, cùm ipse catapulta ictus esset.

2 ¶ *Veles*,